Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)
[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] Seite 307



¶ Ex qua intelligentia dicit̃ magis vel minus diligere hec vel illa. b

# Cũ aũt dilectio dei

immutabilis ſit. ⁊ ideo nõ intendit̃ vł remittitur. ſi querit̃ que ſit ratio dicti cuꝫ dicit̃ magis vel minus diligere hoc q̃ȝ illud. et cum dr̃ deus omnia diligere? Dicimus dilectionem dei ſicut pacem exuperare omnẽ ſenſum humanuꝫ. vt ad tante altitudinis intelligentiã vix aliquatenꝰ aſpiret humanꝰ ſenſus. Poteſt tñ ſane intelligi ea rõne dici omnia diligi a deo que fecit. q: omnia placẽt ei. oĩa approbat inq̃ȝtum opa eius ſunt. nec tunc vel pꝰus vel amplius placuerũt ei cum facta ſunt. ſcꝫ anteq̃ȝ fierent. imo ab eterno omnia placuerunt ei nõ minus q̃ȝ poſtq̃ȝ eſſe ceperunt. Q vero rõnales creaturas. i. homines vel angelos. alios magis alios minus diligere dicitur. non mutabilitatẽ charitatis eius ſignificat. ſed ꝙ alios ad maiora bona. alios ad minora dilexit. alios ad meliores vſuſ. alios ad minus bonos. Omnia eñ bona nr̃a ex eius dilectione nobis ꝓueniũt. Electorum ergo alios magis alios minus dilexit ab eterno ⁊ diligit etiam nunc. q: alijs maiora. alijſq̃ȝ minora ex dilectione ſua p̃parauit bona. alijſq̃ȝ maiora ⁊ alijs minora bona ꝯfert in tp̃e. Vñ magis vel minꝰ dicit̃ hos vel alios diligere.

Ex quo ſenſu omnia que fecit deus diligere dicat̃.

Quõ alios magis alios minus diligere dicitur.

¶ Quod duobus modis inſpicienda eſt dilectio dei. c

# Conſideratur eniꝫ

duobus modis dilectio dei ẜm eſſentiã ⁊ ẜm efficientiaꝫ. nõ recipit magis vel minus ẜm eſſentiam ſed tm̃ ẜm efficientiam vt magꝭ dilecti dicant̃ quibus ex dilectione ab eterno magis bonum p̃parauit ⁊ in tp̃e tribuit. ⁊ minus dilecti quibꝰ non tm̃. Inde etiam eſt ꝙ aliqui qñ conuertunt̃ ⁊ iuſtificant̃ dicunt̃ tunc incipere diligi a deo. Non ꝙ deus noua dilectione quenq̃ȝ poſſit diligere. imo ſempiterna dilectione dilexit ante mũdi ꝯſtitutionem quoſcunq̃ȝ diligit. Sed tunc dicunt̃ incipere diligi ab eo. cum eterne dei dilectiõis ſortiunt̃ effectum. ſ. grãm vel gloriã. Unde Augꝰ. Abſit vt deus temporaliter aliq̃d diligat quaſi noua dilectione que in ipſo añ non erat. apud quem nec p̃terita tranſierũt. ⁊ futura iam facta ſunt. Itaq̃ȝ oẽs ſanctos ſuos ante mũdi ꝯſtitutionem dilexit ſicut p̃deſtinauit. Sed cum cõuertunt̃ ⁊ inueniunt illũ. tunc incipere ab eo diligi dicunt̃ vt eo modo

Augꝰ. in li. de trini.

dicat̃ quo poteſt humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cũ iratus malis dicit̃ ⁊ placidus bonis: illi mutant̃ et nõ ipſe. vt lux infirmis oculis aſpera, firmis lenis eſt. ipſoruꝫ ſcꝫ mutatione nõ ſua. Ita cuꝫ aliquis ꝑ iuſtificationeꝫ incipit eſſe amicus dei. ipſe mutatur non deus.

¶ Si quis magis vel minus diligatur a deo vno tempore q̃ȝ alio. d

# Si vero querit̃ de

aliquo. vtrum magis diligat̃ a deo vno tempore q̃ȝ alio? Diſtinguenda eſt dilectionis intelligẽtia. Si eñ referat̃ ad dilectionis effectum: cõceſſibile eſt. Si vero ad dilectionis eſſentiam: inficiabile eſt.

Si deus ab eterno dilexit reprobos. e

# De reprobis vero

qui p̃parati nõ ſunt ad vitam ſed ad morteꝫ. Si querit̃ vtrum debeat condi deus ab eterno dilexit eos? Dicimus de electis ſolis ſimpliciter hoc eſſe ꝯcedendum ꝙ deus ab eterno eos dilexit quos ad iuſticiam ⁊ coronam p̃parauit. De nõ electis vero ſimpliciter eſt ꝯcedendum ꝙ odio habuit. i. reprobauit. Sicut legit̃ Jacob dilexi Eſau odio habui. Sꝫ nõ eſt ſimpliciter dicendum ꝙ dilexit. ne predeſtinati intelligant̃. ſed cum adiectione dilexit eos inq̃ȝtũ opus eius futuri erant. i. q̊s et quales facturus eos erat.

Iſta eſt diſtinctio. xxxij. huius tertij libri. In qua magiſter poſtq̃ȝ egit de dilectiõe creata qua deũ diligimus, Agit de dilectione increata qua a deo diligimur. Et tria facit. Nam primo agit de dilectione cõmuniter reſpectu creaturarum omnium. Secũdo de dilectiõe dei ſpecialiter reſpectu hoĩm. Tertio adhuc ſpecialius reſpectu reproborum. Primum facit vſq̃ȝ ibi. Conſiderat̃ enim. Secũdum vſq̃ȝ ibi. De reprobis vero. Tertium vſq̃ȝ ad finem diſ. In ſpeciali ſnĩa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus quaꝝ prima eſt hec. Magiſter dicit ꝙ ſit eadem dilectio qua nos deum diligimus ⁊ qua ipſe nos diligit. Hanc magiſter inſinuans dicit ꝙ eadem ſit dilectio qua pater et filius ⁊ ſpũſſanctus ſe diligunt ⁊ nos. ⁊ eſt diuina eſſentia. ⁊ ꝙ eadem ſit dilectio qua nos diligimꝰ deũ vt in primo libro dictum fuit. In qua opinione magiſter nõ tenetur. Et ſubdit q̃ȝuis dilectio dei ſit immutabilis ⁊ eterna alium tamen magis ⁊ alium minꝰ diligit. Et diligit omnes creaturas ⁊ inter omnes magis diligit creaturas rõnales. ⁊ inter creaturas rationales amplius diligit illos q̊ ſunt vnigeniti ſui membra. ⁊ multo magis diligit ipſum vnigenitum. i. xp̃m ẜm ꝙ homo. Iſta aũt inequalitas dilectionis non dicit aliquam mutationem in dilectione dei. qua deus nõ aliter dicit̃ inequaliter diligere niſi quia ad bona inequalia eos diligit. Secũda ꝓpoſitio eſt hec. Dilectio dei non ſuſcipit magis et minus ẜm eſſentiam.



http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0307
TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG